

Bulla S. D. N. D. PII

Diuina prouidentia PP. quarti super declaratione temporis ad obseruan. Decreta sacri œcumenici, & generalis Concilii Tridentini.



PIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuā Rei memoriā.

Sicut ad sacrorum Concilliorum decreta ac Canones, auctoritas atq; confirmatio apostolicæ sedis & debet, & solet accedere, Ita si qua super eis exorta sit dubitatio, eiusdem sedis iudicio, & declaratione tollenda est. Ad aures nostras peruenit multos esse qui dubitēt ex quo tempore cœperint decreta sacri generalis Concilii Tridentini ad reformationem, & ius positium dū taxat spectātia eos ad quos pertinent obligare, illa præsertim quæ tēpora certa præstutūnt ad prouinciales dicecesanasq; Synodos celebrādas, ad sacros ordines suscipiendos, ad religionem profitendā, ad parochiales ecclesias aliaq; beneficia ecclesiastica quæ eiusdē Concilii decretis retineri prohibitum sint resignanda, & ad cōplores res huiusmodi exequendas, ac alias omnes ad prædictam reformationē, iusque positium tātum spectantes quæ obseruari aut euitari debeant. Nos itaq; vt omnis controuersia dubitatioq; tollatur, Motu proprio eam rem prout rationi iuri, & æquitati conuenire celsimus, duximus declarandam. Nam & si ipsius Concilii decreta etiam de venerabilū fratrum nostrorum Sanctæ Romæ Ecclesiæ Cardinalium cōsilio, & assensu in Consistorio nostro Secreto confirmata à nobis fuerunt sub finē Mensis Ianuarii, & ab eo etiā tempore apud hanc sanctam sedem obseruari cœperunt, quia tamen non parum temporis in eis Romæ diligēter emendatq; imprimendis necessario consumptū fuit, & iure etiam communi sancitum est, vt Constitutiones nouæ vim non nisi post certum tempus obtineant, æquū nobis, & iustū

visum est, prædicta decreta omnia ad dictam reformationem iussq; positum
dūtaxat spectantia a Kl. Maii proxime præteriti omnes obligare cepisse, neque
post eam diem excusationem cuiusquam, quod ea ignorauerit, admitten-
dam: atque ita apostolica auctoritate declaramus, ac definimus, & ab omni-
bus iudicari debere mādamus, atq; statuimus. Decernentes irritam, & ita
ne, si quid secus a quoquam quacunq; dignitate, auctoritate, & potestate
prædito contrigerit iudicari. Non obstantibus constitutionibus, & ordina-
tionibus apostolicis, alijsq; in contrarium facientibus quibuscunque. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, defini-
tionis, mandati, statuti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario cōtrare,
Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis
Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.
Dat. Romæ apud Sāctum Petrum Anno incarnationis Dominicę Millefimo
Quingentesimo Sexagesimo quarto, quintodecimo kl. Augusti. Pont. No-
stri Anno Quinto.

Fæd. Card. Cæsius,

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Regestrata apud Cæsarem Secretarium.

ANNO à Natiuitate Domini Millefimo Quingentesimo Sexagesimo Quar-
to indictione septima die vero vigesima mensis Iulii Pōtificatus sanctissimi
in Christo patris & Domini nostri Domini Pii diuina prouidentia Papæ
quarti anno quinto Retroscriptæ literæ, affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt
in valuis Basilicarum Principis Apostolorum de vrbe, & sancti Ioannis La-
teranen. necnon Cancellariæ apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, Per Nos
Iacobum Carra, & Iulium perinum prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Curforum.